

occisi agnatis, sese tueri, eamque hoc modo declinare queat. Dicit quoque solet das Sühngeld/ quod scilicet istæ pecunia debeatur ex transactione super homicidio commisso, quæ cum interfecti agnatis inita est, quamvis postmodum moribus Saxonis introductum sit, ut nulla transactione interveniente, homicidii reus eo casu, quo criminaliter, & ad pœnam corporis afflictivam agi non potest, ad solutionem Werigeldi condemnetur. Vide Carpzov. part. 1. q. 34. per tot. f. 195. Pr. Crimin.

## ARTIC. CXL.

*Inculpatæ tutelæ moderamen quod dicatur.*

Was ein rechte Nothwehr ist.

**S** einer jemand mit einem tödtlichen Waffnen oder Wehr überläufft/ansicht/ oder schlägt/ und der Benöthigte kan füglich ohn Fährlichkeit/ oder Verletzung seines Leibs/ Lebens/ Ehr und guten Reumuths nicht entweichen/der mag sein Leib und Leben ohn alle Straff/ durch ein rechte Gegenwehr retten. Und so er also den Benöthiger entleibt/ ist er darumb nichts schuldig/ ist auch mit seiner Gegenwehr/ biß er geschlagen wird / zu warten nicht schuldig / unangesehen / ob es den geschriebenen Rechten und Gewonheiten entgegen wäre.

AD ARTIC. CXL.

## ARGUMENTUM.

*Insultatus armis lethalibus quando sine corporis & vitæ periculo, honoris ac fame dispendio recedere, & ita periculum interitus evitare non potest, suum corpus & vitam absque omni pœna per inculpatam tutelam tueri jure poterit. Et si hac ratione aggressorem occidat, propterea tamen pœna non est subjectus, sicuti etiam primum ictum expectare non tenetur, etiamsi illud non nihil à jure scripto recedere videatur.*

## EXEGESIS.

**I**N hoc articulo duo sunt membra. (1) Quodnam propriè dicatur moderamen inculpatæ tutelæ, & in quonam illud præcipuè consistat. Illud enim dicitur Moderamen inculpatæ tutelæ, quando aliquis adversus vim vel jamtum illatam, vel adhuc imminentem aliter se tueri, atque ita mortis, aut alterius gravioris famam & honorem concernentis offensio-

nis